



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati  
Caesarei, Pars Lyrica**

**Gibbes, James Alban**

**Romae, 1668**

Tabvla B. Virginis Nascentis, iussu Summi Pontificis scitissimè depicta, &  
in templo Pacis collocata. Ode XXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13378**

106 IAC. ALB. GHIBBESII

Dum lustrat ædes Noctiluca,  
Siderei comitantur ignes.  
Hoc esse dicam: redderis anxi  
Astræa mundo, vel potius tuis  
Pandora descendis Britannis,  
Haud miserae nocitura terræ.

TABVLA B. VIRGINIS NASCENTIS,

*suffi Summi Pontificis scitissimè depicta, et in templo  
Pacis collocata.*

O D E X X I.

S Olis ut demus rutilantis ortum  
IESVLI cunis, dabimus MARIAE  
Prævium natæ iubar: ô salutis  
Phosphore nostræ!  
Non enim Lunam voco, magna Mater,  
Sed nequè Auroram, memor usquè puræ:  
Tu vacas Virgo maculis, nites tu  
Inscia noctis.  
Missa primæui domitrix draconis,  
Et relegatæ grauis arrha noxæ,  
Seù venis Iris Superum, aut columba  
Puichra Noëmi;  
Diua, sublimem tibi fige sedem  
AEde sacratâ sub honore Pacis:  
Fas erat longæ dominæ quietis  
Addere nomen.  
Artibus miris imitata viuam  
O ades vel sic precibus clientum!  
Arduum cœlo nihil; ipsa vocem  
Reddet imago.

EDVAR-